

tificum, liberalitate regum, largitione principum *et* oblatione fidelium seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus *et* illibata permaneant, salva dioecesani iustitia *et* reverentia. Obeunte vero te, nunc eius loci *abbate*, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, sed quem fratres communi *consilio* vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem *et* beati *Benedicti* regulam providerint eligendum, crisma, oleum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum a *dioecesano* accipietis episcopo, siquidem gratiam *et* communionem sedis apostolicae habuerit *et* ea gratis vobis *et* absque pravitae voluerit exhibere; alioquin *liceat* vobis *quemcunque* volueritis *adire* episcopum, qui Romanae ecclesiae sit fultus auctoritate. Porro in electione advocati *abbas* liberam habeat potestatem, cum fratrum suorum consilio talem eligere, quem ad defensionem liber-

cunque bona *eadem* *ecclesia* in presentiarum iuste *et* legitime possidet, sive in futurum largiente Deo, concessione pontificum, liberalitate regum, largitione principum *et* oblatione fidelium, seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus illibata permaneant, salva dyocesani iustitia *et* reverentia. Obeunte vero te, nunc eius loci *praeposito* nullus ibi qualibet surreptionis astutia, seu violentia praeponatur, sed quem fratres communi *assensu* vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem *et* beati *Augustini* regulam providerint eligendum. Crisma, oleum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum a *Constantiensi* accipietis episcopo, siquidem gratiam *et* communionem sedis apostolicae habuerit, *et* ea gratis vobis *et* absque pravitae voluerit exhibere; alioquin *eadem sacramenta* a quocunque malueritis accipietis episcopo, qui Romanae ecclesiae sit fultus auctoritate. Porro

legitime possidet sive in futurum largiente Deo, concessione pontificum, liberalitae regum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus *et* illibata permaneant, salva dyocesani episcopi iusticia *et* reverentia. Obeunte vero te, nunc eius loci *praeposito*, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponatur, sed quem fratres communi *assensu* vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem *et* beati *Augustini* regulam providerint eligendum. Crisma, oleum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum a *Constantiensi* accipietis episcopo, siquidem gratiam *et* communionem sedis apostolicae habuerit, *et* ea gratis vobis *et* absque pravitae voluerit exhibere; alioquin *eadem sacramenta* a quocunque malueritis accipietis episcopo, qui Romanae ecclesiae sit fultus auctoritate. Porro in advocati prepositus